Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26030
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Incipit prologus athanasii epi in uita s. antonii.

Athanasius episcopus ad peregrinos monachos scribit dicens. Opuma fratres iustis certaminibus aut equare egyptii monachos. aut superare nitentes uirtutis instantia. ecce apud uos iam plurima sunt monasteria. Monachorum quoque nomen et celebre et hanc uoluntatem iuste quesquis mirabitur. oramus quoque uobis optatum deus tribuet effectum. Quam ob rem egressus a me ut uobis scribere de conuersatione beati antonii uolentibus discere quemadmodum cepit quae fuerit ante sancti propositum quale ecclesiam habuerit terminum uitae. et si uera sunt ea quae de ipso fama dispersit. ut ad eius emulationem atque exemplum uos instituere possitis. magna cum letitia suscepi uestre caritatis imperium. tum enim ingens lucrum est atque utilitas hoc ipsum quod recordor Antonii. et uos cum admiratione audientes. scio eius propositum cupiere sectari. perfecte et sicut de ad uirtutum gratiam antonium scire quis fuerit. ergo ut breuiter dicam atque de omnibus de eo referunt et sermo iactauit credite et minima uos estimate audisse de maximis. quia non ambigo nec eos omnia potuisse cognoscere cum et ego exhortatus a uobis quantumcumque per epistolam significauero non equalia sim meritis narraturus. sed et uos omnes hinc nauigantes studiose peuentamini. quia singulis quae norunt referentibus congrua digna tanti nominis relatio compleatur. Disponebam itaque per lectionem litterarum uirtutum alicuius monachos ad me inuitare. et maxime eos quia ad eum crebro ire consueuerant. ut plenius aliquid addiscens munera uobis maiora insinuare. sed quo et nauigationis tempora labebantur et litterarum portitor uehementissime festinabat. idcirco ea quae ipse nouerat frequenter enim eum uisitauit et quae ab eo didici quia ad prebendam ei aquam non paululum temporis cum eo feci. dilectioni uestre indicare properauit utraque curam uestratis habens. ut nec plus aliquis audiens miracula egestionem non credat. nec rursus meritis eius inferiora cognoscens non putet dignum esse miraculo per tanti nominis uiro.